

# Labor.

786

A excedo conteri, si nihil exerceas, inertia, atque torpedo plus detrimenti afferat quam exercitatio. *Gell. lib. 11.*

Ergo nullum generoso viro laborum finem statuo, quam labores ipsos qui ad gloriam & decus ducunt. *Arrian. hist. 1.5.*

Labores & praelata & facinora adeunibus, & vita ipsa cum virtute coniuncta incunda est, & mors nequam acerba immortalis nominis sui gloriam relinquens. *Eod. lib.*

Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Labor voluptasque diffimilima natura, societate quadam naturali inter se sunt iuncta. *Linius decad. 1. 1.5.*

Ex parente meo & ex aliis sanctis viris ita accepi, munitiones mulieribus, viris labore conuenire, omnibusque bonis oportere plus gloria quam diuitiarum esse: arma, non supellectilem decori esse. *Salust. de bell. Iugur.*

*Qui cupit optatam curva coniungere metam;*  
*Multa tulit feus que puer, sudauit & alfit.*

*Abstinuit venere & vino.*

B Horat. in arte Poët.

Nec aliter *Ovid. 2. de art. am.*  
Dum vires amique finant, tolerare labores,  
Iam veniet tacito curua senecta pede.  
Aut mare nauigia, aut vomere scindite terram,  
Aut fera beligeras addite in arma manus.

*Phocylides.*

*Oὐδὲν ἄρει ταμιτές δέλαις οὐδέποτις εὐπετεῖς ἔσθος:*  
*Οὐδὲν αὐτοῖς μακάρεσσι τῶν θεῶν οὐδέτελος μέγ' ἵψιλλη.*  
*Nullum sine labore est hominibus facile opus.*  
*Neque ipsis beatis labor virtute valde inviat.*

NIMIVM ASSIDVI

INCOMMODA.

E Ouidio lib. 1. de Ponto.

Conficor facere hoc annos: sed & altera causa est,  
Anxietas animi, continuusque labor.

Cernis ut in duris (& quid bone firmius) aruis  
Fortia taurorum corpora frangat opus.

Qua nunguam vacuo solita est cessare nouali,  
Fructibus affiduis lassa senebit humus.

Coccidet, ad Circi si quis certamina semper  
Non intermissis cur fibris ibi equus.

Firma sit illa lices, solnetur in equire nauis,

Qua nunguam liquidis seca caret aqua.

Me quoque debilitas series immensa laborum:

Ante meum tempus cogor & esse senex.

Otia corporalium, animus quoque pascitur illis:

Immodicus contraria carpi utrumque labo.

Aristotelis lib. 6. Ethic. cap. 1. scitum erat. In laboribus modus tenendus, quem recta ratio praescripsit. Exsiccatur enim labor, & senium adducit. *Idem de long. vita.* & vt plantæ mediocri aqua aluntur, immodica suffocantur: sic moderatis laboribus animus adiuvatur, immoderatus obruitur. *Plut. in Moral.*

LABORIS COMMENDATIO.

EXEMPLA ET APOTHEGMA ETHNICORVM.

Democritus dicebat, omnes labores otio iucundiores esse, quando illa consequuntur homines, quorum gratia laborant, aut consecutores se sciunt. Frustrationi vero, cum spei non respondet euentus, vnum est remedium, omnia reliqua similiiter artrumosa sunt & laboriosa. *Stob. Serm. 27.*

D Idem cum interrogaretur à quadam, quomodo laboriosi ac industrij differenti à desidiosis: Quo, inquit, impij à pii, spe nimis bona. Sperat quippe, qui corpus laboribus exercet, pinguis laborum premia: desideris autem semper præsentem intuentur paupertatem. *Max. ser. 32.*

Idem adolescentem conspicatus industrium, optimum, inquit, senectuti condis opsonium. Sensit, fructum laborum senectutis esse fulcimentum & opsonium: quo si destituuntur homines, quis negat miseris seni esse conditiones? *Idem ib.*

Pythagoras familiates suos hortabatur, vt optimum vivendi genus sibi deligerent, quamvis enim laboriosissimum esset, confuetudine tamen fore iucundum. *Stob. Serm. 30.*

Cleanthes suam vitam diutinam vite solebat hoc nomine præferre. Dum illi, inquit, pila ludunt, ego fodiemus durum humum exerceo. Sensit vir sapientissimus, hominem non ad otium & desidium, sed ad laborem à Deo conditum esse. *Laertius lib. 7. cap. 11.*

Cum Philippus Alexandri magni pater expeditionem & bellum in Corinthum apparare diceretur, Corinthi trepidi

rerumque suarum fatigentes, ad opera certatim incumbe E ccepunt, hic arma sibi comparabat, ille lapides cogerebat, alius muros in altitudinem substruebat, nonnulli propugnacula firmabant, alijs aliud agebant quod ad munitiones pertineret. Eorum itaque studium Diogenes cum cernebat, nihil habens aliud commodius quod ageret, exemplo philosophico pallio succinctus dolium suum subvoluere & hinc inde vertere coepit. Admirante autem quodam eius amico, ac percutiente cur hoc ageret respondit Diogenes: Ideo voluo, ne vnu inter tot operi intentissimos cestator esse videar. *Guido Biur. in vnu de Defens.*

Item. Cuidam admonentis, ut iam senex requiesceret à laboribus. Quid, inquit, si in stadio currerem, utrum oportet iam metas vicinum, cursum remittere, an magis intendere? Recte sensit, virtutis studium hoc magis intendendum, quo minus supererit vita; quod turpe sit, tum ab honesto instituto refrigerescere. *Laerti. 1.6.*

Socrates cuidam cupienti quidem ire ad Olympia, sed itineris labore deterrito: Cum, inquit, domi sapienti numero totum prope diem ambules, ante prandium, rufus ante coenam, si domesticas ambulationes proferas ad quinque sexve F dies, facile peruenies Olympia. Docuit, id quod terret in adeundis laboribus imaginationem esse potius, quam ipsum laborem. Si quid honestæ rei gratia periculis, dispendijs, aut laboris suscipiendo est, ex causam, detrectamus, horremus: cum frequenter vltro in rebus nihili (non enim dicam turpibus) plus impendamus. Ita quidam inuitati ad studia literarum, excusant valetudinem, insomniū, impediāliborum: cum interim totam noctem ludant alea, potatione contrahant febris, podagram, hydropem & lippitudinem: scortatione paralysem, aut scabiem nouam, quam Gallicam appellant. *Eraf. Rorteod. lib. 2. apoph.*

Item, tantum laboris quantum animus libenter suscipit exequendum esse dicebat. *Xenop. lib. 1. de dict. & factis eiusdem.*

Item asserebat, operari esse utile ac bonum homini, otiū vero esse damnosum ac malum. *Xen. & Stob. Serm. 27.*

Aristoteles frequenter diceret solebat, artium radices satijs quidem esse amaras, sed dulcissimum adferre fructum. Sensit vir sapietissimus, nihil absque duro labore ab homine patari posse: attamen postquam requies sequitur, homo multis refectionibus bonis. *Philostr. in Sophist. Dion Sophist. Animi & corporis remissiones ad nos labores nos preparare dicebat.* & vt arcus & lyra, sic homines quiete vigere. *Stob. Serm. 60.*

Ptolomaeus Sophista. Heraclides scripsit libellum, cui titulum indidet *πόνος εγκύων*, id est laboris laudatio. Eum cum Ptolomaeus Sophista forte obuius, videret habentem præ manibus, rogabat quid moliretur. Cū ille respondisset *πόνος εγκύων*, Ptolomæus accepto codice, deleuit π. & adiecit: Tempus est vt legas titulum encomijs, reperiique scriptum, *πόνος εγκύων*. Ptolomæus hoc allusit, quod si labor meretur laudem, eadem opera laudandus esset afinus, animal labori natum. *Philostr. in Sophist. Dion Sophist. Animi & corporis remissiones ad nos labores nos preparare dicebat.* & vt arcus & lyra, sic homines quiete vigere. *Stob. Serm. 60.*

Apelles nunquam tam occupatus fuit, vt diem prætermittet, in qua nihil omnino pingeret, artem exercens. Vnde subducens se à negotiis, dicere solebat: Hodie nullam linam duxi. Quæ vox abiit in proverbiū, de quo quis officio prætermisso. *Plin. lib. 1. cap. 15.*

Musonius, Ducus bellici & priuati hominis corpora dice-

H bat iisdem laboribus non semel affici. Honos enim, inquit, labores duci leuiores efficit, præsertim quod intelligit in hominum esse oculis quicquid exequitur. *Stob. ser. 46.*

Seuerus Imp. Symbolum tribuno dari iussit. Laboremus. Pertinax ad imperium ascitus dederat, Militemus. Illi plauit belli omen, huic pacis. Sublato namque bello reditur ad agricolationem & opificia. Otium in pace delicias alit, & omne flagitorum genus. *Alius Spart.*

Florus hos vericulos scripsit in Cæsarem Hadrianum:

*Ego nolo Cæsar esse,*  
*Ambulare per Britannos,*

*Scythicas pati pruinias.*

Cui Cæsar respondit.

*Ego nolo Florus esse,*

*Ambulare per tabernas,*

*Laitare per popinas,*

*Culicis pati rosundas.*

Sentiens, se honestas occupationes præferre inutili, turpi que otio. *Suet. in Hadrian.*

Probus

